

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 44 (1889)

Artikel: Urkunden aus Uri : 4. Abtheilung

Autor: Denier, Anton

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-114554>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 03.04.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Urkunden aus Uri.

Gesammelt von

Anton Denier.

4. Abtheilung.



1477. 10. October.

Archiv Uri.

Einigung zwischen den Herren von Mailand und Uri.

Copia Inuestituræ Instrumenti etc. die 10. octob. anni 1477

In nomine Domini Amen. Nos cardinales seu ordinarii vniuersi maioris metropolitanæ ecclesiæ beatissimæ virginis Mariæ Mediolani, ac etiam presbiteri Decumani eiusdem ecclesiæ, vniuersis et singulis præsentibus et futuris præsentis litteras inspecturis seu auditoris notum facimus, quoniam pridem temporibus quondam illustrissimi et excellentissimi principis et domini domini Galearum Mariæ Sforziæ vice comitis ducis Mediolanensis diuæ memoriæ ac post eius decessum illustrissimos principes et dominos dominam Bonam et dominum Joannem Galeaz, Mariam Sforziam vice comites duces illustrissimi pro utilitate et commodo reipublice et partium infrascriptarum certa capitula confederationes, corroborationes et declarationes perpetuos inter prefatos dominos principes, ex una et magnificos dominos vniuersæ ligæ confederatis superioris Alemanicæ partibus ex altera et carissimum et generosum dominum Joannem Augustinum de Vicomerchato V. G. D. et in litem oratorem ducalem, et mandatorium iam de nouo concludere promissæ et per predictas partes seu donationes sigillate sunt prout in eiusdem capitulis et litteris desuper confectis plenius continetur. In quibus quidem capitulis et litteris inter cætera declaratum et conclusum est, qualiter nos cum spectabilibus D. de Vrania partium ligæ ut supra ex parte Vallis Leuentinæ uniti, et concordati esse, ac eos de eadem valle inuestire debemus prout de his omnibus antiqua et noua prænominata capitula clariorem faciunt mentionem et nos vnanimi nostro consilio

vigore iam dictorum capitulorum ac etiam satis facere complacere uolentes prædictis principibus et dominis nostris ducibus Illustrissimis eorundem prefatos dominos de Vrania inuestiuimus, et per presentes inuestimus de prædicta Valle Leuentina una cum villa Brusiascha in jurisdictionibus eiusdem vallis sita cum omnibus et singulis rebus pertinentibus et jurisdictionibus eius in realem juridicam quietam et pacificam opportunam possessionem et hereditatem perpetuam, gubernationis et usus pleni et temporalis domini ac meri et mixti imperii regiminis et gladii ac potestatis secularis cum omnibus etiam et singulis eiusdem vallis iuribus temporalibus et iudiciis, hominibus, bonis, censibus priuilegiis, consuetudinibus, et aliis quibuscunq̄ue rebus, ac etiam cum omnibus et singulis præbendarum et beneficiorum ecclesiarum eiusdem vallis collationibus. Ita tamen et taliter quod prefati domini de Vrania, et eorum perpetui successores prædictum vallem Leuentinam et eius dominia res et jurisdictiones ut supra quomodo hucusque eandem vallem detinuerunt, et modo detinent, hunc et in antea perpetuis temporibus futuris, libere, quiete pacifice ac sine molestia seu aggrauatione sicuti rem propriam, ut rem domini temporales possidere tenere habere regere et gubernare, ac ea uti et frui possint et ualeant, ad eorum libitum uoluntatis, et etiam quod prædicti domini Vranienses sicuti ueri patroni omnes præbendas et beneficia omnium ecclesiarum eiusdem vallis Leuentinæ, incipiendo a flumine Braichæ, quod diuidit dominia præfatorum illustrissimorum dominorum principum et dominorum Vraniensium, ultra uersus, et per totam Leuentinam cum suis pertinentiis cum idoneis et probis presbiteris prouidere et eosdem eligere possint et ualeant, ad eorum beneplacitum sic tamen quod ipsi domini de Vrania eosdem presbiteros sicut supra per eos predictos presentare debent, archiepiscopo Mediolano aut eius loco tenentibus ad quos inuestitura, et respectat in spiritualibus inuestientes. Qui etiam presbiteri sic electi et presentati, per eosdem tanquam alii presbiteri dicti archiepiscopi gratiose investiri debeant; saluis tamen et reseruatis, in omnibus istis jurisdictionibus spiritualibus ad dictum archiepiscopum seu dictum

eius locum tenentem ut supraquæ ad prædictam vallem Leuentinam prout ab antiquo spectantibus.

Renuntiantes præterea omnes et quascunque excommunicationis censuras et maledictiones in dotatione quondam venerabilis domini Attonis episcopi Vercellensis contente etiam quomodoquoque Romæ uel aliud superinde faut (?) et secuti contra præfatos dominos d'Vrania Leuentinates, et quosque alios itaque tales excommunicationes censuræ et maledictiones prorsus ac omnino cassate annullate et recusate esse debeant, ac ipsis, eorumque perpetuis successoribus nulla damna seu præiudicia inferre, sic sit si aliqua instrumenta litteræ suæ, cautiones iam seu futuris temporibus penes nos seu alibi essent, uel reperientur, suæ mentionem facerent de dicta valle Leuentina, et suis jurisdictionibus ut supra quæ omnia et singula instrumenta littere et cautiones pro nunc, et ex tunc et ex tunc prout ex nunc pœnitus annullatæ cassatæ et irritatæ, ac nullius prorsus esse, nec aliqua damna siue præiudicia inferre debeant dictis dominis de Vrania hominibus Leuentinis, eorumque perpetuis heredibus et successoribus. Quoniam etiam nos pro omnibus et singulis differentiis litibus, questionibus et discordiis prædictam uallem Leuentinam tangentibus, eiusdem vallis census fritæ (?) et redditus tam præteritos quam futuros nullos penitus exclusos cum prædictis dominis de Vrania, et Leuentinatibus prorsus omnino concordati, contenti et satisfacti redditi sumus, ita et taliter quod iam dicti domini Vranienses et homini Leuentini, eorumque perpetui successores ab huiusmodi redditibus fritis (?) et censibus presenter et futurum ut supra nunc et in antea futuris temporibus prorsus ac omnino exempti, liberati, quieti ac immunes et esse debeant. Quapropter nos supradicti cardinales ordinarii et presbiteri Ecclesiæ Maioris ut supra pro nobis et nostris perpetuis successoribus resignamus prædictam vallem Leuentinam ut supra ad manus et sub potestate dictorum dominorum de Vrania, rerum omnibus eius juribus et priuilegiis spiritualibus, collationibus præbendarum et beneficiorum, ut præfertur, ac secularibus rebus et jurisdictionibus quæ antecessores nostri, et nos semper in eadem valle Leuentina habuimus, siue adhuc habituri

essemus, et collocamus prædictos dominos Vranienses in pacificam realem actualem, quietam et perpetuam possessionem dictæ vallis Leuentinæ promittentes, pro nobis et nostris perpetuis successoribus ut supra bona fide et sub honore nostro religioso quouismodo in antea non uelle perturbare, molestare seu uexare uel aggrauare dominos prædictos Vranienses et homines Leuentarios eorumque perpetuos successores in præfata valle Leuentina eiusque jurisdictionibus, et pertinentiis, ut præfertur, et hoc in iure uel extra spirituali uel sæculari per nos uel alios nullo pœnitus excluso et eos permittere stare et permanere in pacifica perpetua et quieta possessione dicte vallis Leuentinæ, omni dolo et fraude remotis præsentibus pro testibus infra scriptis et fide dignis, valde magnificis strenuis nobilibusque, et ipsis uiris et dominis Domino Pietro Antonio vicecomite quondam magnifici Domini Ludouici Domino Francisco Resio, quondam Domino Spinberti cancellarii Illustrissimæ Dominæ Ducisse Mediolanense Rizado de Magno filio Domini Hieronimi et oratoribus magnifice ligæ confederatorum Dominorum Conrado Suendi de Turegho militi, domino Caspare de Hertenstein de Lucerna domino Petro Tanner et Domino Ludouico Cramer consiliariis domino Joanne Eseiling secretario ac domino Conrado Schorff canonico maioris ecclesiæ Lucernensis.

In quorum fidem et testimonium omnium et singulorum predictorum perpetuum nos sopradicti cardinales seu ordinarii et presbiteri Decumani presentes litteras sigillo nostro consueto corroborauimus. Datum Mediolani decima die mensis octobris anno domini saluatoris nostri 1477. signatum et subscriptum cum signo tabellionatus anteposito.

Ego Andreas de Capitaneis filius Domini Blasij scriba Mediolanensis principali authoritate notarius prædictis presens fui, et me subscripsi, et signum meum consuetum apposui.

Descripta hæc copia ex originali authentico et sigillato per me Jo. Jacobum Buttum notarium publicum vallis Leuentinæ, et in fidem subscripsi.

Idem Jo: Jacobus Butti notarius subscripsi.

Subscripta copia collationata est a me subscripto notario cum uero originali, quod est in cartha pergamena scriptum, et de verbo ad verbum eiusdem tenoris esse fateor diligenterque descriptam attestor, quod originale in archiuo Illustrissimorum dominorum Vraniensium id mea manu subscripsi affirmo pro fide facienda: Actum Altorffi 2. Marzo 1610. subscripsi Azarias Bünttiner.

Büntiner publica auctoritate notarius, et rei publice Vraniensis secretarius subscripsit subscripsi cum sigilli impressione.

Ego Leonardus Frundt sedis apostolice protonotarius fateor me hanc copiam instrumenti a uero et illeso originali, quod est in cartha pergamena de verbo ad verbum descripta, et collationata, eiusdem etiam tenoris quod originale ac meis manibus in archiuo nostro dominorum Vraniensium repositum ubi reseruatur in fidem requisitus mea manu subscripsi et sigilli mei impressione attestor. Altorffi 2. Martij 1610.

Papierne Copie von 1610.

336.

1478. 3. Juli.

Gemeindelade Erstfeld.

Erstfeld wird eine selbständige Pfarrei.

Georius Winterstetter vtriusque juris licentiatus canonicus ecclesie Constantiensis in executionem concordie inter sanctissimum | in christo patrem et dominum nostrum dominum Sixtum diuina prouidentia papam quartum et serenissimum ac inuictissimum principem et dominum dominum Fridericum | Romanorum imperatorem etc. inite vicarius sedis episcopalis Constantiensis in spiritualibus specialiter deputatus vniuersis et singulis presentes litteras inspecturis et audituris presentibus et posteris subscriptorum notitiam indubitam cum salute in domino sempiterna. Crediti nobis officii sollicitudo deposcit | vt hiis que in diuini obsequii et locorum deo dedicandorum salutisque animarum augmentum et comodum cedunt subiectorum vigilantia studio | intendamus et que propterea pie et salubriter inspecta noscuntur benigno assensu

consonando eis quatenus in eundem subsistere valeant commisse | auctoritatis presidium aditiamus sane pro parte villanorum et incolarum villagii Örschfåld ecclesie parochiali in Altdorff vallis Vranie Constantiensis | dioecesis subiectorum nobis exhibita petitio continebat, quod quamuis ipsi jure parochiano jamdicte parochiali ecclesie subsint et inibi jura parochialia | recipiant et reddant hactenusque decedentium dicte ville Örschfåld incolarum corpora apud eandem ecclesiam parochialem in eius cimiterio ecclesiasticae | tradita fuerint et tradi consueverint sepulture. Quia cum propter distantiam non paruum ville eiusdem et in ea habitantium a dicta eorum parochiali | ecclesia viarumque pericula et discrimina hucusque nonnunquam negligentie et defectus circa infirmos et debiles ac alias sacramentorum ministerium | eis obuiauerunt. Vnde ipsi horum consideratione cappellam in Örschfåld filialem antedicte ecclesie Altdorff in parochialem ecclesiam erigere | et commutare necnon eandem insigniis et decore parochialibus puta cimiterio pro funeribus sepeliendis nec baptisterio pro pueris bapticandis | decorare atque in dies pigrius (?) obventionibus et emolumentis piarum manuum opere adiuuare et dotare absque tamen preiudicio dicte parochialis | ecclesie accedente et obtentis etiam ad hoc quondam domini Andree Streler dum vixit ipsius ecclesie Altdorff plebani et rectoris et nunc honorabilis nobis | in christo dilecti magistri Marci Birbõmer moderni eiusdem ecclesie rectoris ac omnium aliorum suo in hiis interesse habere putantes juribus tamen et rectoris | et ecclesie predictorum saluis et referuatis liberis et expressis consensibus deliberauerunt et pio proposito conceperunt. Cum autem vt dicta subiungebat | petitio incole et villani predicti huiusmodi eorum conceptum propositum ad effectum perducere optatum absque ordinarie auctoritatis interuentu et licentia nequeant prout non habent idcirco nostrum officium humiliter implorando sibi ad erectionem et commutationem capelle in parochialem ecclesiam huiusmodi | modo premisso faciendum per nos licentiam et facultatem auctoritate ordinaria tradi et concedi deuote postularunt. Nos itaque de veritate narratorum | predictorum huiusmodi docu-

mentis de consensibusque expressis rectoris et aliorum suo in hiis interesse habentium et habere putantium patentibus litteris nobis | exhibitis plene et sufficienter edocti et certificati vocationem etiam ad omnem cautelam ne alicui preiudicare videremur singulis sua in hiis communiter vel diuersim | interesse putante et nullo apparente contradictore commoditati et saluti dictorum incolarum exponentes perpenius intendere et prospicere cupientes, et | eos ne ob defectum ordinarie potestatis suis frustrantur piis desideriiis benigne confouere eorum supplicationi inclinati ipsis exponentes licentiam | et facultatem petitas duximus causis ex prementionatis et aliis rationabilibus nos monentes in dei nomine concedendos atque presentibus auctoritate | nostra qua fungimur concedimus et indulgemus decernentes auctoritate nostra predicta, quod separatio erectio fundatio et dotatio huiusmodi iuxta | formam preconceptam ad effectum perducere ac ipsos exponentes deinceps in eadem ecclesia parochiali Orschfeld et ex illa omnibus sacramentis ecclesiasticis | muniendos fore et muniri debere et a parochiali Altdorff et eius obedientia exemptos existere atque cum suis capitulis punctis quos | hic preexpressis habere volumus alio non obstante rite valide et firme manere et perpetuis futuris temporibus subsistere posse et debere | constitutionibus et ordinationibus mandatisque ordinariis in contrarium facientes non obstantibus quibuscumque juribus tamen episcopabilibus archidiaconalibus et aliis episcopo Constantiensi pro tempore existenti ecclesie et Constantiensi inde competenti ac ecclesie parochialis in Altdorff et rectori eius predicto- | rum saluis semper manentibus et illesis quibus etiam per presentem nostram concessionem nolumus in aliquo derogare vel preiudicare. In quo- | rum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum litteras presentes inde fieri sigillique officii nostri iussimus et fecimus appensione communiri. | Datum et actum Constantie anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo die tertia mensis Julii indictione | vndecima.

Recepi duos florenos.

Auf dem Rande: Nomine Hainrici am Hof G. Swegler notarius scripsit et subscripsit.

Das Sigill hängt, aber sehr beschädigt.

337.

1478. 19. November.

Archiv Uri.

Brandschatzung in Uri.

Wir der Hoptman vnd gemein geföllen wannen wir sint von der eidgnoschafft von stetten von | lendren jetzt im fält tünd kunt vnd ze wüffen mengklichem mit difem brief das wir | empfangen vnd vff genomen hant die von Vranyen das dorff lüt vnd güt vnd waz jnen | zü gehört vnd dz wir fj gebrantschatzet hant vnd darumb so sol fj fürhin mengklich | halten vnd jnen tün als den vnfern als si öch sint vnd sol sy niemen hinfúro be- | schädigen brönnen noch in dhein weg nöttigen weder an jrem lib noch güt vfgnomen | was fj an äffiger spis hant oder an win dz ist in zimlichen dingen uor behalten zü | vrkund geben vnd befigelt mit Aman beroldingers vnfers gemeinen hauptmas | infigel von vnser aller wegen jm vnd den linen an schaden vff donstag wz der acht | tag nach sant martistag anno LXXVIII jar.

Papierne Urkunde; das Sigill ist weggebrochen.

338.

1479. 11. Februar.

Klosterarchiv Seedorf.

Papst Sixtus ertheilt einzelnen Personen gewisse Begünstigungen.

Alexander dei et apostolice sedis gratia episcopus Forliniensis sanctissimi domini nostri pape referendarius eiusque et sancte sedis apostolice | in Germania cum claufula et in quibuscunque aliis locis ad que te declinare contigerit etc. cum plena potestate legati de latere in spiritualibus et temporalibus | Nuncius et orator vniuersis et singulis ad quos presentes nostre littere peruenerint salutem in domino | sempiternam et presentibus fidem indubiam hadhibere. | Noueritis quod nos nuper ad honorabilis uiri domini Stephani Nunkilch presbyteri Constantiensis diocesis serenissimi et iunctissimi domini nostri domini Frederici diuina | fauente clementia

Romanorum imperatoris semper augusti capellani instantiam et petitionem omnes et singulos sua contraria ut diuissim interesse habere putantes, ad videndum et | audiendum quandam supplicationis papiri cedulam cum illa clausula et quidem sola signatura presentis supplicationis absque aliarum desuper literarum apostolicarum desuper confectione sufficiat | manu propria sanctissimi in christo patris et domini nostri Sixti diuina prouidentia Papæ quarti signatam et subscriptam de et super nonnullis facultatibus et indultis dicto domino | Stephano et alijs in eadem supplicationis cedula descriptis et contentis per memoratum sanctissimum dominum nostrum papam gratiose factis et concessis coram nobis transsumi et in publicam | formam redigi nec non testes super recognitionem huiusmodi signature produci et admitti in valuis parochialis ecclesie sancti Egidij opidi Gretz Saltzeburgensis diocesis citari fecimus | et mandauimus ad econtra peremptorem dominum competentem videndum ad diem et horam infra scriptas quibus aduenientibus complacuit terminare coram nobis supra dictis dominis Stephano et Ci. . . taz Neaz | supradictum terminare exercitum (?) facta reproduxit citatorumque in eadem contentorum non comparentium contumaciam accusauit ipsosque contumaces reputari, et in eorum contumaciam predictam | supplicationis cedulam firmam illesam et omni prorsus vitio et suspicione carentem prout in eius prima facie apparentibus facta realiter exhibuit et produxit quam transsumi | et exemplari atque in publicam formam redigi mandauimus auctoritatemque nostre legationis pariter et decretum interposuimus reuerendosque presbyteros dominos Ludouicum de Aquellis apostolice | sedis prothonotarium et Anthonium de Brassis sacri pallatij causarum apostolicarum auditorem prefati sanctissimi domini nostri pape et sancte sedis apostolice apud cesaream maiestatem | Fredericum nuntios et oratores vt (ex terminis?) testes super recognitionem signature huiusmodi etiam coram nobis produxit quos recipi et admitti per nos instanter petiit atque | postulauit. Nos tunc Alexander episcopus et legatus prefatus dictos citatos non comparentes reputauimus merito prout erant contumaces et in eorum contumaciam dictam | supplicationis cedulam ad manus nostras

recepimus illamque diutius tenuimus legimus et diligenter inspeximus, atque eandem integram et illesam ac omni prorsus | vicio et suspicione carentem inuenimus prefatorumque atque dictorum presentium testium dictis et depositionibus qui huiusmodi signaturam et manum propriam sepedicti sanctissimi domini nostri | pape sufficienter recognouerunt prout et quemadmodum nosmet ipse recognouimus et per presentes recognoscimus, qui insuper per verificationem cum plurimis allegauerunt et | dixerunt se in huiusmodi supplicationis cedula signatura in presentia prefati sanctissimi domini nostri pape et coram eo vna cum antedicto domino Stephano presentes interfuisse.] Idcirco ad dicti domini Stephani Nunkilch instantiam eandem supplicationem per discretum virum dominum Symonem Jagerman publicum imperiali auctoritate notarium subscriptum | transfumi et exemplari ac in publicam transsumpti formam redigi fecimus et mandauimus auctoritatemque nostram pariter et decretum interposuimus et | interponimus per presentes volumus et prefata auctoritate nostra decernimus quod presenti nostro transsumpto publico instrumento de cetero et in antea vbicunque locorum | productum et quibuscunque personis tam spiritualibus quam temporalibus ostensum fuerit plena et indubitata fides adhibeatur proinde ac si dicta originalis | supplicatis sic ut premititur sufficienter recognita produceretur et ostenderetur. Huiusmodi uero supplicationis papiri cedule tenor de verbo ad | verbum sequitur et est talis. Beatissime papa vt animarum saluti deuorum oratorum et oratricum virorum Stephani Nunkilch Dorathee Bulerin | monialis monasterii in Selnow ordinis Cisterciensis extra muros Thuricenses professe Anne et Elizabeth Wetzlin sororum monialium professarum monasterii im Gefenn | ordinis sancti Lazari Agnetis Wetzlin mulieris Heinrici Meyer et Anne Bulerin eius vxoris Johans Buler et Adelheidis eius vxoris Rudolphi | Summeruogel et eius vxoris Johannis von Egerij et eius vxoris Constantiensis diocesis salubrius consulatur supplicatur sua sanctitas pro parte eorundem oratorum et oratricum | quibus omnibus et eorum cuilibet specialem gratiam faciendam vt confessor ydoneus secularis vel regularis quem ipsorum singuli duxe-

rint eligendum ipsos et eorum quemlibet ab omnibus | et
singulis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque
ecclesiasticis sententiis censuris et penis in eos et eorum
quemlibet specialiter uel generaliter a jure vel homine quauis |
occasione uel causa latis inplectis (?) et promulgatis ac a
quibuscunque votorum et iuramentorum etiam religionum
transgressionibus periuriarum reatibus ieiuniorum et peni-
tentiarum | iniunctarum ac horarum diuinarum omissionibus
homicidii voluntarii uel mentalis aliisque quibusuis eorum
peccatis criminibus excessibus et delictis etiam quantum-
cunque enor- | mibus de quibus corde contriti et ore confessi
fuerint etiam si talia sint propter que merito sit sedes apo-
stolica consulenda de reseruatis semel in vita et | in mortis
articulo de non reseruatis vero casibus totiens quotiens opus
fuerit etiam ab irregularitatis labe si quam moniales ora-
trices prefate contraxerint | absolueret et penitentiam saluta-
rem iniungere vota uero quecunque per eos forsan emissa
in alia opera pietatis commutare necnon semel in vita et in
mortis articulo | plenariam omnium peccatorum suorum a
pena et a culpa impendere possit et valeat licentiam facul-
tatem et auctoritatem concedimus et indulgemus immo dig-
nemur de gratia speciali | constitutionibus et ordinationibus
apostolicis ceterisque in contrarium facientibus non obstanti-
bus quibuscunque cum clausulis oportunis. In fine uero dicte
supplicationis cedula | scripta erant de alterius manu littera
superiori littere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et
diuersa hec uerba manu propria prefati sanctissimi domini |
nostri pape scripta uidelicet fiat ut petitur in supplicationis
folio. Post hec continebantur in dicta supplicationis cedula
diuersae clausule particulariter scripte, | in primis et de re-
seruatis semel in vita et in mortis articulo, et de non refer-
uatis totiens quotiens opus fuerit, et ab horarum diuinarum |
omissione et irregularitatis labe pro religiosis, et cum com-
mutatione votorum et relaxatione iuramentorum, et de ple-
naria remissione semel in | vita et in mortis articulo, et
quidem presenti supplicationis sola signatura sufficiat. Qua-
rum quidem clausularum insimul cum penna vnitarum hec
sequitur | signatura etiam manu propria memorati domini

nostri pape facta et signata videlicet fiat ut supra f. Forma vero de qua signatura loquitur | est hec. Quod singule persone in preinferta supplicatione descripte debeant et teneantur a die notitie presentis indulti et gratie sibi facte singulis | sextis ferijs per vnum annum ieiunare et si dicto die ex precepto uel alio ieiunare teneantur vna alia die illius septimane huiusmodi ieiunium | adimplere debeant, et si dictum ieiunium in toto vel in parte non adimpleuerint anno sequenti illud adimplere debeant porro si persone ipsi | uel aliqua earum huiusmodi ieiunium facere et adimplere nequiverint quod tunc idem confessor possit et valeat sibi illud in alia opera pietatis commutare, | et si alicui satisfactio impendenda fuerit illam per se si superuixerit sin autem per heredes si tranfierit faciat competenter. In quorum | omnium et singulorum fidem et testimonium premifforum presentes nostras litteras siue presens publicum transsumpti instrumentum exinde fieri et per notarium publicum | infrascriptum subscribi, sigillique nostri appensione iussimus et fecimus communiri. Datum et actum in oppido Gretz Saltzburgernfis dioecesis in dominibus nostre | solite residentie sub anno a nativitate domini Millefimo quadringentesimo septuagesimo nono, Indictione duodecima die uero vndecima mensis | februarii pontificatus prefati sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Sixti pape quarti anno octauo presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus viris | domino Paulo de Martellis decretorum doctore auditore et Petro Paulo presbijtero Faclini cum capellanis nostris testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Unter des Schreibers Marke steht: De Met. Lira Symon Jagerman. Daneben auf einem I, um das sich ein S schlingt, und das unten eine Art Gestell bildet, ist ein Jägerhorn mit Band angebracht.

Item Ego Symon Jagerman clericus Aquilegiensis dioecesis publicus summa imperiali auctoritate notarius. Quia dictam citationem petitionem et deductionem ac eiusdem reproductionem supplicationem siue originalis exhibitionem necnon testium productionem requisitionem auctoris et decreti interpositionem omnibusque aliis et singulis premissis, dum sicut premittitur per reverendissimum dominum dominum

Alexandrum episcopum et legatum prefatum ac coram eo fierent et agerentur vna cum prenominatis testibus prefens interfui eaque sic fideliter (?) vidi ac audiui. Ideo hoc prefens publicum transsumpti Instrumentum manu alterius una cum aliis legitime productis fideliter scriptum de mandato prenominati reverendissimi domini legati transsumpsi confeci et in hanc publicam formam redegi Signoque nomine et cognomine meis solitis et consuets vna cum prelibati reverendissimi domini domini Alexandri episcopi et legati sigilli appensione consignavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Sigill fehlt.

339.

1479. 5. Juni.

Archiv Uri.

Dispens wegen Genuss von Milchspeisen.

Gentilis de Spoleto dei et apostolice sedis gratia episcopus Anagninensis sanctissimi domini nostri pape in nonnullis Germanie et prefertim | confederatorum Lige superioris Alamanie et in partibus illis adiacentibus nuncius et orator etc. Dilectis nobis in | christo ministro consulis et singulis incolis vallis Vranie Constantiensis diocesis salutem in domino. Dignum arbitramus | deo obsequium prestitisse si animarum saluti solerti vigilantia insistamus sane pro parte vestra peticio nobis | oblata monstrabat quod vos eo quod oleum oliue in partibus istis comode habere nequeatis quadragesimalibus | et aliis jejuniorum diebus butiro lacte caseo et aliis lacticiniis contra canonicas et sanctiones apostolicas vesci | et uti consueveritis. Cum autem sicut data peticio subiungebat super premissis remorsum habeatis consciencie | quare nobis humiliter fuit pro parte vestra supplicatum quatenus ad ferenationem conscientiarum vestrarum de oportuno | dispensationis remedio super premissas vobis providere dignareremus. Nos igitur supplicationibus vestris in hac parte | inclinati et quia fide digno testimonio informati didicimus narrata in supplicatione veritate fulciri, idcirco | auctoritate

apostolica nobis in hac parte specialiter commissa vt vos omnes et singuli supradicti vtriusque sexus | qui terram prefatam incolitis quadragesimalibus et aliis jeiuniorum diebus quibus lacticiniorum esus | est interdictus butiro lacte caseo et aliis lacticiniis quibus hucusque confueuistis libere et licite vesci | et vti valeatis vobiscum tenore presentium in dei nomine misericorditer dispensamus. Datum Thuregi quinta | die mensis Junij Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono pontificatus sanctissimi domini | nostri domini Sixti diuina prouidentia pape quarti supradicti anno octavo.

Am Rand: episcopus ananiensis.

Das Sigill hängt zum grössern Theil an einer rothen Schnur.

340

1479. 12. Juli

Archiv Uri.

Dispens wegen Genuss von Milchspeisen.

SIXTUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis in Altdorff, Burglen et Silinen parochialium ac earundem filialium ecclesiarum | rectoribus et castellanis, ceterisque clericis et laicis utriusque sexus vniuersitatis vallis Vranie Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Sincere deuotionis affectus | quem ad nos et Romani gentis ecclesiam promeretur, ut petitionibus uestris, quantum cum deo possumus fauorabiliter annuamus: Cum itaque sicut pro parte uestra nobis nuper exhi- | bita petitio continebat, arbores olivarum, que oliuas producant ad oleum conficiendum, apud uos non crescant: nos, ut eo deuotiores uos sedi apostolico exhibeatis, quo noueritis uos amplius | illius gratie ubertate foueri, uestris in hac parte supplicationibus inclinati, uobis et in Altdorff, Burglen et Silinen parochialium, ac earundem filialium ecclesiarum rectoribus et capellanis | ceterisque clericis, et laicis utriusque sexus vniuersitatis uestre vallis Vranie Constantiensis diocesis eiusque incolis et habitatoribus nunc et pro tempore existentibus, ut uos et illi quadragesimalibus | et aliis diebus, quibus ejus lacticiniorum

de iure uel consuetudine est prohibitus preterquam in ultima ebdomada quadragesime maiori et sancta nuncupata, butiro et lacte | absque conscientie scrupulo uesci libere et licite ualeatis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica, presentium | tenore indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit | indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incurfurum. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice | Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono quarto idus Julij pontificatus nostri anno octauo.

Sinolfus.

Das bleierne Sigill hängt an roth-gelb seidener Schnur.

341.

1479. 29. September und 1480. 3/5 März.

Archiv Uri.

Friedensvertrag zwischen den VIII Orten nebst Freiburg, Solothurn und St. Gallen und dem Herzogthum Mailand. Erläuternde Nachträge wurden beigelegt vom Vermittler Bertrand de Brossa unterm 3. März 1480. Die Ratification und Besiegung beider durch Bona und Galeaz Maria Sforza, Herzogin und Herzog von Mailand, erfolgte erst unterm 5. März 1480.

Abgedruckt in der Sammlung der ältern Eidgenössischen Abschiede. III. 673. Im Archiv Uri liegt eine von Schultheiss und Rath von Luzern unterm 16. Juni 1714 an Uri abgegebene, beglaubigte und mit dem Staatssigill versehene Copie.

342.

1479. 4. November.

Archiv Uri.

Päpstliche Indulgenzen.

IN nomine sancte et indiuidue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti Amen. Johannes Hopper in decretis licenciatus prepositus, Erhardus Storch, artium et medicine doctor canonicus ecclesie Curiensis vniuersis et fin- | gulis Cristi

fidelibus presertim magistris civium scultetis ministris, et
 consulibus Thuricensis, Bernensis, Luczernensis nec non Zu-
 genensis opidorum, de Vre, Schwytz, Vnderwalden et Glaris
 villarum, haut non Curiensis et Sita civi- | tatum, opidique
 Sancti Galli, Constantiensis, Lausonensis, Curiensis, Vallefiensis
 diocesium et singulis eorum vxoribus pro tempore existi-
 tibus salutem in domino cum indubitata noticia subscriptorum
 Noueritis, quod quandam supplicationis pergameni cedulam |
 manu propria sanctissimi in cristo patris et domini nostri,
 domini Sixti diuina prouidentia pape quarti subscriptam, per
 hec verba, fiat ut petitur F. pariter in fine signatam per
 hec verba. fiat. f. integram, non viciatam neque cancellatam |
 non abrafam neque abolitam, sed omni prorsus vicio et su-
 spicione carentem, vnacum missiua papireo manu propria
 reuerendissimi in christo patris et domini, domini Gentilis
 de Spoleto dei et apostolice sedis gratia episcopi Ananiensis
 oratoris prefati sanctissimi domini pape scripta et subscripta
 et secreto suo sigillata pro parte dominorum confederatorum
 in eisdem principaliter nominatorum presentatas, cum ea qua
 decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore, Beatif-
 sime pater. Vt animarum saluti deuotorum virorum ma-
 gistrorum civium scultetorum, ministrorum et consulum
 Thuricensis, Bernensis, Luczernensis, nec non Zugenensis opi-
 dorum, de Vre, Swytz, Vnderwalden et Glaris villarum
 nec non Curiensis | et Sita ciuitatum, opidi quoque sancti
 Galli Constantiensis, Lausonensis, Curiensis, Vallefiensis dio-
 cesium et singulorum eorum vxorum pro tempore existen-
 tium salubrium consuletur, supplicat Sanctitati vestre dicti
 oratores quatenus confessor ydoneus | secularis vel regularis
 presbyter quem quilibet eorum duxerit eligendum ipsis; et
 eorum quemlibet ab omnibus et singulis excommunicationis,
 suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis, et
 censuris et penis tam a iure quam | ab homine, apostolica
 seu quavis alia auctoritate generaliter vel specialiter latis,
 inflictis et promulgatis, nec non ab omnibus et singulis
 peccatis criminibus et excessibus suis, ac votorum quorum-
 cumque et mandatorum ecclesie transgres- | sionibus periur-
 rorum et homicidii voluntarii vel mentalis reatibus manuum

violentarum in personas ecclesiasticas iniectionibus seu penitenti-
 arum sibi injunctarum et horarum canonicarum obmissionibus ac alijs
 excessibus et delictis quibuscumque excessibus tamen et criminibus.
 Si qui contra tenorem bulle in die Jonis sancta publicate et libertate
 ecclesiasticam faciendis innodati forent dumtaxat tantum exceptis, de
 quibus corde contriti et ore confessi fuerint, etiam si talia forent
 propter que merito sedes apostolica consulenda foret Semel in vita
 et in mortis articulo, de non reseruatis vero toties quoties opus
 fuerit absoluerent, ac absolutionem et penitentiam salutarem in-
 jungere, ac vota quecumque per eos forsitan emissa in alia pietatis
 opera commutare, et iuramenta quecumque relaxare nec non semel
 in vita et in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum suorum
 remissionem etiam a plena et culpa impendere possit et valeat sibi
 et eidem confessori concedere et indulgere misericorditer dignemur
 de gratia speciali. Fiat ut petitur. f. Et de reseruatis semel in vita,
 et in mortis articulo. Et de non reseruatis toties quoties opus fuerit.
 Et cum plenaria remissione semel in vita et in mortis articulo. Et
 de commutatione votorum et relaxatione juramentorum. Et quod
 presentium supplicationum sola signatura sufficiat absque aliarum
 literarum apostolicarum desuper confectione. fiat. f. Tenor vero
 missive talis est. Magnifici et potentes domini tanquam patres
 honorandi etc. Redijt nuperrime a sanctissimo domino nostro
 Johannes xell prothonotarius Curienfis, qui plura nobis retulit ad
 gratiam sue sanctitatis ac etiam ad beneuolentiam vestram ut ab eo
 intelligere poteritis a quo etiam vidimus gratiam liberalissimam
 erga nonnullos dominos officiales et dominos confederatis impartitam
 que magni pretii existimanda est. Et agendam est gratias deo et
 eius clementie: ac etiam huic bono procuratori, qui fideliter
 negocia dominorum suorum egit. Veniet ad dominationes vestras
 quas vberissime informabit quibus nos commendamus. et. Ex
 thurego die IIII^{ta} Nouembris IXXIX Subscriptio vero. Gentilis
 de Spoleto Episcopus Onanienfis etc. Super scriptio autem erat hec.
 Magnificis, strenuis, ac prudentibus viris dominis confederatis
 amicis sibi singula-

riffimis. Et quia eadem supplicationis et missive literas fit, vt prefertur nobis presentatos ac per nos visas et diligenter in spe | ctas sanas et integras ac omni prorsus vicio et suspicione carentes vt prefertur jnuenimus Idcirco dominorum confederatorum prescriptorum petitiones licite annuentes ipsas presentibus de verbo ad verbum nil addendo mutando vel mi- | nuendo inseri fecimus. Et in testimonium visionis huius et omnium premissorum Eis presentes dedimus literas sigillorum nostrorum appensione communitas et per manus nostras proprias subscriptas. Datum et actum Curie, die | Jouis decima sexta mensis Marcij, Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo Indictione tertia decima. Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Sixtj diuina pro- | uidencia pape quartj sepe dictj, anno eius Nono.

Auf dem Rand: Ita est Erhardus qui supra apostolica et imperiali auctoritatibus notarius manu propria scripsit.

Die unterstrichenen Stellen sind sehr gross geschrieben.

Die beiden interessanten Sigill hangen sehr wohl erhalten.

343.

1480. 25. Januar.

Kirchenlade Seelisberg.

Urtheil wegen einer Gült.

Der wingarteren sun.

Wir der richter vnd die fünfzechen in dem land zu vre tund kunt vnd vergehent offenlich mit vrkund dis briefs | das für vor kament an gericht ze Altorf in dem dorf, da wir offenlich fassen vnd richten des tages vnd jares | als dis vrkund ist geben, der wingarteren sun mit sinem uogt sekelman Im hoff an einem vnd Jaglj am bül mit sinem schwager Jost Kluser am andren teil vnd stalten sich da uor vns mit fürsprächen vnd offnot da der wingarteren | sun wie dan sin vatter Jaglis am bül vatter habe ein auf geben ettliche sine gütter vmb fünf hundert vnd | fünf vnd zwenzig núwe ℥ vnd gebe, dauon fünfzechen núwe ℥ zins, da sigint angeben hunder núwe | ℥ vnd zwenzig gul-

din dz übrig fülle man noch vnd fülle stan vff Jaglis ambúl vatter gut vnd ftande ab- | ze löfen mit barem gelt. Dar wider aber Jagly am búl rett vnd fproch fin vatter heige ein kouf getan, er heige | öch villichter ettwz daran geben wz oder wie vil dz wúffe er nút, aber er heige nút gehört, dz im in zwölf iaren | uor nacher ieme gehöyſchet fy denne zwey hundert núwe ℥ hopt gutz vnd acht ℥ zins öch núwe ℥ | meine öch nút dz er me ſchuldig fy vnd es möge ſich öch mit | ſchult ablöfen, den zins heige er öch alwegen an | ſchult vfgericht vnd mit baren vnd gertten bed teil ettwz kuntschafft zu verhören vnd nach ire beder | red vnd widerred vnd nach verhörung der kuntschafft da ſatz- tend fy die ſach zu recht. Alfo gab vrteil vnd | wart dz mer vnder vns, möchte Jagly am búl ze got vnd den heiligen ſchweren dz im uor nacher in zechen oder in zwölf | iaren vngeuarlich nie me gehöyſchet fy denne zwey hundert núwe ℥ hopt gutz vnd acht núwe ℥ zins, dz | er öch dann da py plibe vnd wenne er vnd fin mit haſſten den zins ablöfen wöllent wenne fy denne gebend | fünf vnd zwentzig núwe ℥ an barem gelt ſo ſoll ein ℥ zins ab fin vnd al die wil vnd fy nút abgelöft heint | ſo ſöllent fy die acht núwen ℥ zins an ſchult nach lantz recht vfrichten. Alfo wolt Jagly den eid getan | han won dz er des erlaſſen wart vnd des zu vrkund verfigelt mit Walthers Jn der gaff vnſer land | amans zu Vre inſigel von vnſer aller wegen im vnd den finen ane ſchaden vff ſont Phavlus tag | der bekerung Anno etc. M. cccc L xxx Iar.

Papierne Urkunde; das Sigill iſt ſehr wohl erhalten aufgedrückt.

344.

1480. 3. März.

Archiv Uri.

Der General-Vicar von Conſtanz beſtätigt ertheilte Privilegien.

Vicarius reuerendi in chriſto patris et domini domini Ottonis dei et apoſtolice ſedis gratia electi et de concordia ſanctiffimi | domini noſtri pape et ſereniffimi domini noſtri imperatoris in verum paſtorem eccleſie Conſtantienſis pro-

nunciati in | spiritualibus generalis omnibus presentium in-
 spectoribus tam presentibus quam posteris subscriptorum no-
 ticiam in- | dubitatam cum salute in domino sempiterna.
 Noueritis et nouerint vnusquisque et singuli quos nosse fue-
 rit opor- | tunum, quod nos supplicationem honestorum nobis
 in cristo dilectorum ministri et consulum ac singulorum |
 incolarum vallis Vranie nostre Constantiensis diocesis super
 submissis humiliter porrecte fauorabiliter inclinati | omnia
 et singula in literis quibus presentes nostre litere sunt trans-
 fixatione appensati contenta et dictis ministro | consulibus et
 incolis vniuersis a reuerendo patre domino Gentili de Spo-
 leto dei et apostolice sedis gratia episcopo Ananienfi sanc-
 tissimi domini nostri pape in nonnullis Germanie et presertim
 confederatorum lige superioris | Alamanie et in partibus illis
 adiacentibus nuntio et oratore, concessa et admissa auctori-
 tate nostra ordinaria | qua fungimur tenore presentium ap-
 probamus ratificamus et roboramus nostram que ad id ordina-
 tionem prebemus et adhibemus consensum, in contrarium
 facientibus non obstantibus quibuscumque sed ad presentium
 | effectum literarum nostrarum dumtaxat cessantibus et sub-
 latis. In quorum omnium et singulorum fidem et | testi-
 monium premissorum literas presentes inde fieri sigilloque
 officii nostri iussimus et fecimus | appensione communiri.
 Datum Constantie anno domini Millesimo quadringentesimo
 octua-[gesimo die tertia Martij indictione tredecima.

Am Rand: pro Con. Rōsch Gregorius Swegler Notarius
 scripsit.

Vom Sigill hängt nur noch ein Bruchstück.

345.

1480. 3. März.

Archiv Uri.

Erlaubniss zum Tode verurtheilte, reuige Personen in geweihter
 Erde zu bestatten.

Vicarius reuerendi in cristo patris et domini domini
 Ottonis dei et apostolice sedis gratia electi et de concordia
 sanctissimi domini nostri | pape et serenissimi domini nostri
 imperatoris in verum pastorem ecclesie Constantiensis pro-

nunciati in spiritualibus generalis honestis nobis | in christo dilectis ministro et consulis vallis Vraniensis salutem in domino sempiternam. Sincere deuotionis affectus quem ad | vniuersalem ecclesiam geritis non indigne meretur vt petitionibus vestris quas ex deuotionis feruore et ob animarum salutem | prodire conspiciamus quantum cum deo possumus fauorabiliter annuamus. Sane pro parte vestra nobis oblata petitio con- | tinebat. Quod cuma retroactis temporibus quicumque in districtu vallis Vraniensis exeuntes propter iniquitatis sue delictum | per dictamen iustitie fuerint ad mortem condemnati corporalem, licet peccata sua corde contriti et ore confessi fuerint | nichilominus tamen corpora illorum ad loca prophana et non consecrata fuissent sepulta. Quare nobis humiliter fuit pro parte | uestra supplicatum ut super hys auctoritate nostra ordinaria misericorditer prouideri dignaremur. Nos itaque supplicationibus vestris huiusmodi | nobis vt premittitur factis benigne inclinati ac saluti animarum nobis subiectorum consulere cupientes vt in antea omnes et | singuli vtriusque sexus homines in ipso prefato districtu Vraniensi exeuntes qui propter eorum delicta vel aliquot crimen, per dicta- | men iustitie decollati aqua suffocati vel alio quouis mortis genere vltimo suplitio deputati et condemnati fuerint in terra | consecrata vel in cimiterio aliquo dum saltem peccata sua fideliter et deuote corde contriti et ore confessi fuerint humari et | sepeliri possint et valeant auctoritate nostra ordinaria qua in hac parte fungimur plenam et liberam damus et concedimus | in domino facultatem et harum nostrarum serie litterarum indulgemus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum litteras presentes inde fieri sigillique officii nostri iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Constantie Anno | domini Millefimo quadringentesimo octuagesimo die tertia mensis Martii indictione tredecima.

pro Con. Rōsch Gregorius
Swegler Notarius scripsit.

Das Sigill hängt nicht ganz erhalten.

1480. 7. Mai.

Kirchenlade Seelisberg.

Verordnungen der Landesgemeinde wegen Fluchen, Streit, Verwundungen etc.

Wir der Land Aman der Ratt vnd die gantz gemeind zu Vre tünd kunt vnd zů wúffen aller mengklich dz wir an dem ersten | Suntag im meyen in dem iar als man zalt von der gepurt Cristy Mcccclxxx iar als wir zu Betzlingen versamlet gewesen sint | úber einkomen vnd angefächen haben. Wer der ist es sy frowe oder man frömbd oder heimisch iung oder alt für des hin so im diser | vffsatz kunt vnd offenbar würt schwure py vnfers Hern wunden py finem blut py finem liden py finem schweif py finen | glidren des glich py vnfer lieben frowen glidren py irem schweif der oder die so dz tättind die söllent von iegklichem artickel als menger der in dem schwern gemelt wirt von iegklichem ein schilling geben vnd wer sölich schwur | erhört es sy lantman oder hinder fäs der sol sölich buf angends erfordern vnd in die heyfen geben, wo dan einer sölich | buf nüt gebe py der tag zit als sy an in erfordret ist, der sol dan von iegklichem schwur vnd artickel, so er | vellig worden ist, x ß ze buf verfallen sin vnd sol man sölichs den klegren in der gnoffame einer sáfhaftt oder wonent | ist, verleiden, die selben söllent dan sölich verfallen buf an barem gelt in zien. Were aber sach dz ieman uor sölicher schwuren gewarnet vnd geschöycht wurde vnd einer dan vber sölich warnung verdachtenklich gröblich vnd schwerlich | schwüre, wer dan sölichs hört der sol dz einem Aman oder dem Ratt kunt tun vnd die melden, da sol denne | ein Aman vnd der Ratt gwalt han die so sölichs getan hättind zu straffen es sy an gut oder ein in dz halfysen zu | tunde oder ob einer als vnzimlich geschworn hätte, vom leben zum tod zu bringen. Were öch sach dz man einem, der da | geschworn hätte, die buf hiesche vnd einer sah dan gegen dem der im die buf hiesche, vnzimlich hielte es were | mit schlan mit stächen mit stoffen oder mit roupfen oder in weler mas | dz were, der sol dz getan han als in | Item wir sint

öch über ein komen, were der ist er sy frömd oder heimsch, der in einem stof keinen wundette oder schaden | zufügte der da schiede oder scheiden wölte, der sol dem lant vm xxx ℥ verfallen sin vnd söllent die kleger | in der gnoffame einer sâhaft oder wonent ist darum beklagen vnd die buf in zien. Wo aber einer sölich buf nüt | hätte zu geben, der sol nach eins Rattz erkentnuffe an dem lib gestraft werden. Item wir sint öch über ein | komen wer der ist er sy frömd oder heimsch der krieg anfienge an den fier iar merchten keinem oder an dem | schaff mercht oder an der kilch wiche zu Búrglen oder zu Schattorf oder an der gemeind so die zu Betzlingen | versamlet ist, der sol öch dem land vm xxx ℥ zu buf verfallen sin vnd sol öch nüt diser minder vstrâgen | vnd ablegen nach inhalt der einig briefen. Item wir sint öch über ein komen wo einer ein verbot tud mit | des lands weibel von erlauben oder heiffens wegen eins Amans vnd einer dz pot nüt halt vnd im öch nüt angends | eins rechten ist ane verzug als dick dz beschicht als dick ist einer vm xxxiv ß verfallen, wo aber einer ein verbot | getan hette vnd dan dem er verbotten hätte nüt angends eins rechten were, so er sin begertte vnd in also | sumpte dz er sich klagen müste, so sol man im dz verbot ablassen. Item were öch sach dz jeman dem andren | sin geif verbutte als dick dan einer eim über dz verbott mit den geiffen schaden tud, als dick sol einer vm xxxiv | ß verfallen sin vnd söllent die kleger die buf in zien. etc.

Papierne Urkunde, ohne Sigill, aber vom gleichzeitigen Land-schreiber ausgestellt.

347.

1480. 8. Juli.

Kirchenlade Schattdorf.

Der Dekan von Luzern erhält Auftrag, den Heinrich Kaysermann als Pfarrer von Búrglen in Amtspflicht einzusetzen.

Vicarius reuerendi in christo patris et domini domini Ottonis dei et apostolice | sedis gratia electus et de concordia sanctissimi domini nostri pape et serenissimi domini imperatoris in verum pastorem ecclesie Constantiensis promotus | in spiritualibus generalis dilecto in christo decano decana-

tus Lucernenfis | Constantienfis dioceſis ſalutem in domino
 et debitam in commiſſis diligentiam. Cum | diſcretus Hain-
 ricus Kayſerman de Pregantia preſbyter eiufdem dioceſis
 rector | eccleſie parochialis in Búrglen vallis vranie ſite
 dicte dioceſis inueſtitus | perſonaliter pro iuramento fide-
 litatis preſtando coram nobis venire non valuit, | tibi penitus
 committimus et mandamus quatenus ab eodem Hainrico quod
 de cetero | domino noſtro Constantienſi fuiſque vicario et
 officialibus pro tempore exiſtentibus fidelis | erit et quod
 mandatis eorundem obediet ac ea reuerentia exequetur, quod-
 que | bona ipſius eccleſie videlicet calices libra ac alia or-
 namenta ad ipſam ſpec- | tantia non alienabit et in quantum
 alienata fuerint pro poſſe ſuo recu | -perabit et repetet cor-
 porale ſub docta verborum forma recipias jura- | mentum,
 quo preſtito ipſum Hainricum in dicte eccleſie poſſeſſionem
 iuxta | noſtre inueſtiture ſibi a nobis deſuper tradite for-
 mam ducas et mittas. | Datum Constantie anno domini
 Mcccclxxx die vero VIII Julij indictione XIII

